

12 DISP. I. DE VERBO DEI.

Sanctus, operans intus experimenta hujusmodi, quorum evidentia non modo Majorum testimonium, sed & ipsam Miraculorum autopsiam sæpe superat.

64. FINIS scripturæ est, directio certior ac plenior ad docendum, arguendum, corrigendum, erudiendum in justitiâ: ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.

Quæstiones præcipuè

controverfæ.

1. *An aliqua sit notitia Dei homini naturalis? A.*
2. *An Theologia, ut in scripturis traditur, sit propriè practica? A.*
3. *An scriptura contineat doctrinam sufficientem omnibus ad salutem? A.*
4. *An sit perspicua in necessariis? A. eò quòd hæc in scripturis, vel ab omnibus extra controversiam, vel saltem notorio consensu piorum ex omnibus seculis intellecta sint.*

DISP.